

jensis. — Cyriaci Spangenbergii Saxonia. — Annales Tremoniensium.

Hæc propria manus est Wirici Hiltorpii decani collegiaæ ecclesiæ Assindensis ex cuius donatione possideo

Cornelius Mewe.

XII.

Urkunden-Machlese.

(Fortsetzung v. B. I. S. 473.)

7.

1074 October 3. Schenkt Erzbischof Anno II. bei der Translation der Gebeine der h. h. Ewald, dem st. Kuniberts Stifte zu Köln Geldrenten zu Geveren und Soest.

Nach der Abschr. in der Farrago Gelenii VII. fol. 263.¹⁾

In nomine sanctæ et indiuiduæ Trinitatis. Anno secundus Coloniensis archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam præsentibus. Quoniam vitæ hujus spatium breue probatur esse et inualidum, eo quod humana ætas et nascendi lex, licet annorum numerositas prolongare videatur, semper tendat ad occasum, salutare est omnibus et totis viribus inquirendum, illuc mente et opere aliquid boni sibi præmittere, vbi si lœta sint, finem nesciant et si tristia dolor interminus, qualemcumque tamen miserationem admittat. Hac de causa, pro peccatis meis ego sollicitus et futuri distinctionem judicii pertimescens, decreui sanctos Dei honorando et seruientes eis subleuando, precatores pro me efficere in judicio, qui de meritis propriis justificari non valeo. Gloriosos itaque martyres Dei, Ewaldos in neglectis, propter ignorantiam præcedentium, loculis positos, ego pec-

¹⁾ Vergl. die Urk. von 1074 in Seibergs Urk. Buch I. N. 31.

cator et seruus seruorum Dei, Anno secundus Coloniensis archiepiscopus, licet indignus, transtuli, vt qui jam recepti sunt in cœlesti speculatione, apud nos aliquo digni habentur honore, quatenus omnipotentis Dei, pro quo passi sunt, misericordiam tanto studiosius pro nobis expostulent in cœlis, quanto magis apud nos pro modulo nostro glorificantur et honorentur in terris. In horum igitur translatione, fratribus in eodem monasterio militantibus, sancto Clementi martyri et sancto Cuniberto confessori, eisdemque martyribus Ewaldis, ad supplicationem quotidianaæ consolationis, dedi decimationem noualium in Heimordesheim et Strazfeldon, XXX modios tritici in Masencel de redditibus siluarum, libram denariorum in Generon, quinque libras Sosatiensis monetæ de areolis vel curticulis ejusdem villæ. Actum est autem hoc coram testibus subnotatis Ezelino præposito, Berengario decano, Euerhardo, Ruotberto, Bertolfo, Regenboldo, coram laicis quoque Francone vrbis præfecto, Herimanno comite, Gerardo comite. Et vt verius credatur, firmiusque in posterum teneatur, hanc in testimonium chartam conscribi feci et in eodem monasterio in memoriale futurum reposui. Translatio vero prædicta facta est anno dominice incarnationis M°. LXXIII°. Indictione XI. V. Nonas Octobris. Si quis ergo tantillum supplementi, quod fratribus prædictis impendimus abstulerit, perpetuum anathema in conspectu Dei omnipotentis incurrat et in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus, tristis a Dei conspectu discedat. Amen.

8.

1177 bekundet der Bischof (Hermann II. Graf v. Cothenenbogen) zu Münster, wie die Succession in dem Burgrathum Stromberg auf die Familie Udenberg übergegangen.

Nach der Farr, Gelenii III. fol. 249.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Quoniam que in negotiis secularibus rerum temporalium ordinatione memorie hominum elabi et in obliuionem recedere nonnunquam contingit, dignum duximus vt quecunque de rebus ecclesie nostre bene et rationabiliter disponeremus, vniuerse poste-

ritatis cognitioni scriptis commendaremus. Vnde vt hujus facti nostri veritas et plena cognitio in posterum memoria viua semper et manifesta permaneat, rem a nobis gestam prout gesta est vniuerse futuri seculi generationi notificari. Vidua quedam nobilis Gisla nomine, filium habebat nobilem Godefridum nomine, qui castrum ecclesie nostre Stromberch tenuit et ab ecclesia cum matre feudum tenuit honestum. Quo defuncto mater superuixit et eadem Gisla filiam habuit dictam nomine suo Gislam, que plures habebat filios et vt duo filii filie, filio suo Godefrido defuncto succederent in beneficio jure beneficiali et castro seruando, curiam que propter vicinitatem castri dicitur Burchoff cum omnibus utilitatibus suis, exceptis mansis et mancipliis vel aliis inde inbeneficiatis, quam in feudo ab ecclesia tenebat vt esset beneficium castrense resignauit et collaudante filio suo Thilmaro, clero, Mindensis ecclesie majori præposito et Godescalco de Ibbenhuren mundiburdo suo, quedam predia vnam videlicet domum in Schetbruke cum omnibus suis appenditiis que fuerunt beneficium Egberti et aliam domum in Sporke cum omnibus suis appenditiis, que fuit beneficium Arnoldi de Bosensule in proprietatem ecclesie contradidit et ecclesie centum et quinquaginta marcas exsoluit ea videlicet conditione, vt hec eadem predia cum reliquo beneficio suo et filii cum suis predictis nepotibus Hermanno et Henrico in beneficium reciperet et predictam curiam que dicitur Burchoff cum castri tuitione in beneficio castrensi acciperet, ea tamen determinatione, vt nepotes et filii filiorum, qui de jure beneficiali deberent succedere, nec a tuitione castri amouerentur nisi de reliquo beneficio de sententia remouerentur et predicta Gisla, quamdiu viueret, omne beneficium quiete possideret. Ea vero defuncta vel spontanea beneficium nepotibus resignante, qui in munitionem castri subintrant, episcopo Monasteriensis ecclesie libere seruiret vt in vulgari dici solet si vero idem sine herede beneficiorum moreretur, frater in beneficium omne, castrumque tuendum eodem jure succederet. Pater vero eorumdem puerorum Hermanni et Henrici, Conradus,

si predicta Gisla moreretur, beneficii patrocinium castrique tuitionem vsque ad maturos annos puerorum susciperet. Si vero et idem Conradus moreretur, Tithmarus predictorum puerorum auunculus, eorundem beneficiorum et castri tuitionem susciperet, episcopum vero de castri obseruatione securum Hujus rei testes sunt clerici Bernhardus major prepositus. Franco vicedominus. Bernhardus de Ibbenburen. Godefridus de Patherborne. Hermannus de Herbeten. Theodoricus de Engre. Magister Sifridus. Thitmarus Herimannus de Lage, Euero scriptor et alii quamplures. Laici, nobiles: Rodolhus de Stenuorde, Wedekindus de Rethe, Wernerus de borchio. Godefridus Bernhardus Ezo de Slon. Ministeriales: Ernestus, Lubbertus, Ludewicus Wolfhardus. Gerwinus. Bertramus brunstein. Suetherus de Thiltmarus pincerna et alii quamplures. Hec autem vt in posterum rata et maneant, presenti scripti attestacione et sigilli nostri impressione roborauiimus. Acta sunt anno dominice incarnationis M^o. C^o. LXXVII^o. Indictione decima, regnante Frederico glorioso Romanorum imperatore.

9.

1200. Jan. 30. belehnt Conrad Graf von Arnsberg den Ritter Hunold von Oedingen mit den Gütern zu Sladermode, die ihm durch den Tod Fünemanns v. Werl heimgefallen waren.

Nach der Abschr. in der Farrago Gelenii VII. fol. 32.

Nos Conradus comes de Arnsbergh²⁾ literis presentibus protestamur vniuersis, quod bona de Slarmode que Lunemannus de Werle bone memorie de manu nostra tenuit in feodo, ad manus nostras libere sunt reuersa et ea Hunoldo militi de Odingen castellano nostro et Vdoni filio ipsius, justo feodo duximus porrigenda, de quibus eisdem justam et publicam facimus warandiam. In

²⁾ Dieser Graf Conrad, von dem wir so wenige Urkunden haben, ist der Sohn Graf Heinrichs II. Durch den Erbvergleich von 1237 erhält er die Grafschaft Rietberg als abgetheiltes Stammgut für sich. Seibertz Gesch. der westfäl. Grafen S. 165 fgg.

cujus rei testimonium presentia conscribi fecimus, sigilli nostri munimine roborata. Datum ao. dni. M^o. CC^o. feria sexta post conuersionem sancti Pauli.

10.

1203. April 15. bekundet die Abtissin Jutta zu Meschede und Odingen, daß die Kirche zu Oedingen einen Hof zu Dödinghausen dem Grafen Gottfried von Arnsberg gegen 2 Höfe zu Wetmarsen und einen in Oysberg vertauscht habe.

Nach der Abschr. in der Farrago Gelenii VII. fol. 15v.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Jutta dei gratia Meschedensis et Odyngensis humilis abbatissa, vniuersis fidelibus in perpetuum. Notum facimus vniuersis fidelibus, tam presentibus quam imposterum futuris, quod ecclesia in Odynge prefinito consilio et vnamini consensu, aduocato suo Ulrico cooperante, mansum quendam qui dicitur Dudinchusen cum omni utilitate attinente Godefrido comiti de Arnsbergh contradidit, pro cuius itaque recompensatione jam dictus comes duos mansos predii sui, vnum in Wetmerslede soluentem annuatim quatuor maldra auene et quatuor pullos, alterum in Oysberg soluentem tria maldra et quatuor pullos memorate ecclesie tradidit. Ne autem tam rationabile factum aut obliuio aboleat aut hominum malitia infringat, presenti scripto et autoritatis nostre sigillo confirmamus. Hujus rei testes sunt sacerdotes Henricus decanus, Henricus de Elsepe, Henricus de Odynge, Bernardus, Thegenhardus. Laici vero Alexander, Gihlielmus, Iffridus. Actum est anno dominice incarnationis M^o. CC^o. III^o. decimo quinto Kalendas Maji. Regnante Ottone, Adolpho archiepiscopo Coloniensi.

11.

1208. Jan. 21. überträgt Rutger von der Horst das Eigen der Güter zu Sigengisge (Siegen-Geske?) welche Erenfried Quaterland von ihm zu Lehn trug, dem Grafen Ludwig v. Arnsberg für das Eigen der Curie zu Lippeholthusen bei Lünen, die er früher bei Hamm vom Grafen zu Lehn empfangen und wovon er dessen getreuer Mann bleiben will.

Nach der Abschr. in der Farrago Gelenii VII. fol. 31.

Nos Rutgerus von der Horst literis presentibus protestamur vniuersis presentium inspectoribus, quod proprietatem nostram honorum apud Sigengisge sitorum, que bona Erenfridus dictus Quaterlant de manu nostra tenuit et tenet sicut homo noster, de voluntate filiorum nostrorum Hermanni et Theodorici ac aliorum heredum nostrorum, damus nobili viro Ludewico comiti de Arnsbergh et suis heredibus in his scriptis et tradimus perpetue possidendam. Recipientes pro eadem proprietate, proprietatem curie Lippeholthusen site prope Lunen cum omnibus attinentiis suis sicut sita est, per nos et heredes nostros similiter perpetuo possidendam. Que vide-licet bona nos apud Hammonem suscepimus de manu domini comitis in hospitio peregrini monetarii et eadem bona nos et heredes nostri tenebimus de manu dñi. comitis et suorum heredum, sicut homines fideles perpetue possidenda, quod sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum et actum anno dñi. M^o. CC^o. Octauo. feria tertia proxima ante purificationem beate virginis. Presentes fuerunt Godefridus nobilis vir de Rudenberge, Henricus aduocatus de Elsepe, Lubbertus de Wittinhoue milites, item Adolphus de Broichusen, Theodericus de Arrlardeslan(?) Henricus notarius noster et alii quamplures viri fide digni.

12.

1227. Aug. 18. beauftragt Pabst Gregor IX. den Probst, Dechant und Thesaurar der Stiftskirche zu Paderborn, die Statuten unter denen weiland Erzbischof Philipp die alte Pfarrre zu Soest in sechs Pfarrreien aufgelöst hatte, in Vollzug zu sehen.

Nach der Abschr. in Kindingers Urk. Samml. B. 71.²⁾

Gregorius Eps. servus servorum dei . . . dilectis filiis preposito Decano et Thesaurario paderburnens. salutem et apostolicam benedictionem. Ea que pro Ecclesiarum utilitatibus provide statuuntur, firma debent et illibata persistere; et ne cuiquam presumptione temeraria violentur, apostolico sunt munimine roboranda. Ex parte siquidem dilectorum filiorum, Decani et capituli susatiensis fuit propositum coram nobis, quod cum olim in opido Susatensi tantum una Ecclesia parochialis existeret et usque adeo faciente Dno., populus auctus esset in eo, quod ab uno pastore sine animarum periculo regi non posset, bone memorie P. Coloniensis Archiepiscopus loci diccesanus, cum capituli sui et Decani et capituli predictorum assensu preter illam quinque parochiales Ecclesias fieri fecit in opido supradicto et populum juxta numerum ecclesiarum divisit, ipsos certis terminis distinguendo, quibusdam statutis super reverentia conventionali Ecclie ab aliis impendenda de predictorum consilio salubriter ordinatis, que dicti Decanus et capitulum auctoritate petierunt apostolica confirmari. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eadem statuta sicut provide secundum Deum noveritis ordinata, faciat auctoritate nostra, sicut justum fuerit, inviolabiliter observari, contradicentes per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum nichilominus exequantur presentibus post triennium minime valiturs . . Datum Anagnie idus Augusti, pontificatus nostri anno primo.

²⁾ Vergl. d. Urkunde Erzbisph. Philipp's in Seiberz Urk. B. I. Nr. 97.

13.

1229. März 14. berichten der Probst, Pechant und Domküster zu Paderborn über den Vollzug des Austrages vom Papst Gregor IX. von 1227 über die Einrichtung der sechs Pfarrreien in Soest.

Nach der Abschr. in Lindingers Urf. Samml. B. 71.

In nomine S. et i. T. Volradus dei gratia prepositus, Amelungus Decanus, Conradus Custos majoris Eccleie paderburnensis, confirmatores a Dno. Papa constituti. Vniuersis Xpi. fidelibus in perpetuum utriusque vite salutem. Tale receperimus mandatum. Gregorius etc. anno primo. Nos igitur instrumentis et confessione Thome prepositi veteris Eccleie, Radolfi sti Pauli, Radolfi sti Georgii, Jacobi sti Thome, Adolphi sti Marie alte, Gerardi sti Marie in Palude plebanorum susatiensium sufficienter instructi secundum ordinationem bone memorie Dni. Philippi prefati tunc Colon. Archiepi, loci diocesani de consensu Decani et Capituli et plebanorum predictorum statuta super reuerentia conuentuali Eccleie beati Patrocli ab aliis ecclisiis impendenda de predictorum consilio et assensu salubriter ordinata, que talia sunt, quod in conuentuali Eccleia bti. Patrocli liceat baptizari possint baptizandi, infirmi communicari inungi, defuncti sepeliri petentes et quod nullus plebanorum contradicere debeat et possit etc. — Hier werden die Statuta wie in der Urf. Erzbisch. Philipp. Urf. B. I. Nr. 97 wiewohl etwas ausgedehnter aufgezählt. — Item patronatus eccliarum parochialium pertinebit preposito Susatiensi, donum vero altaris majori preposito et archidiacono Colon. singulis ecclesiis contentis distinctionibus sibi determinatis auctoritate apostolica confirmamus, sicut provide secundum Deum eadem statuta nouimus ordinata et precipimus auctoritate apostolica inuiolabiliter obseruari, contradictores, si qui deinceps fuerint, vel hujus nostre confirmationis occulti vel manifesti transgressores omnibus denunciantes excommunicatos. Ne quis igitur in posterum hanc nostre confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario presumpserit obuiare, nos ad perpetuum robur ipsam sigillorum nostrorum ac predictorum plebanorum impressione communimus. Actum anno gre. M^o. CC^o. XXIX^o,

indictione secunda pridie idus martii feria quarta, presentibus in capitulo nostro Tiderico pposito. de Scheide, Volquino pposito. s. s. Petri et Andree, Thetmaro Scolastico, Hermanno Boliken, Volberto cellerario, Hagone de Hildeneshem, Ludolfo de Osdaxen, Volrado cantore, Widekindo camerario, Brunone de Borien, Conrado forensis Eccleie plebano, Henrico pposito in Schillece, Hermanno de Ervete, Rabedone de Brakele, Gerungo de Susato, Euerhardo de Hervorde, Joe. de Schillece, Ludolfo de Schonenberge, Joh. de Elsen Canonic. paderburn. Mgro. Hartrado Canonico et procuratore Susatiens. Eccleie, Ruberto et Sifrido civibus Susatiensibus. feliciter amen.

14.

1216. April 26. ernannt Papst Innozenz III. Commissarien zur Untersuchung und Abstellung von Beschwerden, welche Graf Gottfried II. von Arnsberg gegen einzelne Ritter erhoben hatte, die ihn durch gewaltsame Vorenthalterung von Gütern und Sachen, an der Antretung des gelobten Kreuzzuges hinderten.

Nach der Abschr. in der Farrago Gelenii III, fol. 246v.

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis, decanis custodi et Th. canonico Sosatiensi Coloniensis diœcesis salutem et apostolicam benedictionem. Querelam nobilis viri G. comitis de Arnsbergh cruce signati receperimus, continentem quod H. miles Coloniensis et quidam alii Coloniensis diœcesis, quasdam possessiones et res alias ipsius violenter detinent et ei reddere contradicunt, quare voti sui executio impeditur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis auditis, causam, et appellazione remota, fine debita terminetis, facientes quod statueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel amore subtraxerint, per censuram eandem, appellazione remota, cogatis veritatis testimonium perhibere. Quodsi non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani VII Kal. Martij. pontificatus nostri anno nonodecimo.

15.

1217. Juli 3. bekundet Graf Gottfried II. von Arnsberg, unter welchen Bedingungen ein Pündnis zwischen ihm und den Brüdern Eberhard und Jonatham von Ardei zu Stande gekommen und wie er dieselben mit seinem Antheil der Burg Rüdenberg belehnt habe.

Nach einer Abschrift in der Farrago Gelenii T. III. fol. 252.

G. (odefridus) Dei gratia comes de Arnesberg vniuersis Christli fidelibus tam presentibus quam succendentibus, salutem in eo qui dat salutem regibus. Sub hac forma nobiles viri Euerhardus de Arthei et frater suus Jonathas nobiscum in fœdus amicitie conuenerunt, vt partem nostram castri Rudhenberg a nobis in pheodo tenerent et eam partem nobis aperiendo contra quemlibet, preter dominum episcopum Coloniensem, nobis deseruiren. Insuper auxilium suum aduersum quemlibet nos indebite molestantem, vbi saluo honore suo possent exhibere, nobis impenderent. Idem ijs e conuerso spopondimus et tactis vtrinque sanctorum reliquiis juramento confirmauimus. Si vero contineret inter dnum. episcopum et ecclesiam Coloniensem et nos discordiam excitari, ipsi subtracto partibus subsidio, aut amicabiliter in pace quiescerent aut si hoc non presumerent, castrum nostrum nobis integraliter resignarent et post compositionem inter episcopum et nos restauratam illud recipieren. Igitur ad corroborationem hujus fœderis, eisdem fratribus redditus decem marcarum, ab inpheodatis nostris nobis resignatos, in pheodo porrexiimus, ita vt eosdem redditus nobis resignantibus conferrent. In recompensationem autem facti nostri, predicti fratres redditus XX et quinque marcarum de bonis suis, videlicet in Geseke et in Marcfelt³⁾ cum omnibus eorum attinentiis et quicquid in his deficeret, in aliis supplerent nobis pro quadringentis marcis inpignorauerunt et in pheodo a nobis receperunt, quo ad vsque adhibita eorum petitione et nostra priuata bona episcopo resignarent et nos ab episcopo recepta ipsis porrigeremus. Presertim quoniam hec forma compositionis tum propter

³⁾ Es scheint ursprünglich Marsfelt geschrieben und dies in Marcfelt geändert zu sein.

dnum. Jonatham, tum ab Arnoldo pincerna et filiis ipsius fuit neglecta, eam de nouo restaurantes fide premissa tactis vtrinque reliquiis sanctorum jurauiimus fide bona, pura conscientia nos deinceps obseruatueros. Ob hoc itaque dno Jonathe redditus X marcarum in curiis nostris in festo Andree persoluendos assignauimus, hac conditione, vt si nos aut vxor nostra vel pueri eosdem X marcarum redditus postmodum bonis aliis possimus recompensare, curie nostre maneant absolute. Ipse vero de redditibus prenominatis Arnoldo pincerne et Theoderico Stokelet cum eorum heredibus VII marcas annuatim in pheodo porrexit fidejussores. Verum si nos quoconque casu contingente hujus forme violatores extiterimus, fidejussores sui nostri. Fidejussores hujus sunt ex parte nostri Hermannus de Ruthenbergh, Henricus niger de Arnesberg, Conradus de Hagnen, Boymundus de Eruete, Luthbertus Platere, Hermannus de Elsepe, Thetericus Fagelin, Piligrinus de Balleue, Heinricus pincerna, Hermannus de Bersic, Hermannus de Holthusen, Reinfridus de Scorlemare. Ex parte dni. Jonathe sunt Hermannus de Ruthenbergh, Heinricus niger de Arnesberg, Conradus de Hagnen, Bernhardus de Wiglon, Conradus de Wagenberg, Eustacius, Albertus falco, Gozwinus de Mulsbern, Rutgerus Post, Ecbertus de Neihem, Thidericus de Bilemke, Wilrauenus de Bruke. Quemcunque autem horum mori contigerit, alius infra reuolutionem anni, loco mortui substituetur et parte altera commoniti et post commonitionem sex hebdomadis transactis Meneden intrabunt, inde non exituri, nisi cum voluntate dni. Jonathe si infra non resipuerimus. Item si dnus. Jonathas hanc formam violauerit fidejussores sui, premissa commonitione sex hebdomadarum a nobis nisi infra resipuerit Arnesberg intrabunt, inde nisi cum voluntate nostra nullatenus exituri. Si vero fidejussores transgressoris cum domino fidem suam neglexerint pars altera de promiso et juramento et

fide data receptis bonis suis cum fidejussoribus a tali obligatione manebit absoluta, violans vero prætaxata tenebitur obligatione. Ut autem hec forma fœderis hereditaria successione ad heredes nostros delata, per malitiam aut versutiam alicujus, ab heredibus nostris non possit violari, presentem paginam sigilli nostri roborauiimus appensione, ne foedus amicitie tam rationabiliter ordinatum et confirmatum ab ipsis negligenter dissoluatur. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XVII^o. V^o. Nonas Julii, Arnesberg in domo nostra. Testes hi sunt, Hermannus de Ruthenberg, Henricus niger, Theodericus de Geuore, Rutgerus de Bergbenne, Luthertus Platere, Thidericus de Odigge et filius suus Johannes, Arnoldus pincerna et filius suus Henricus, Renfridus de Scorlemare, Eustacius, Conradus de Wagenberg, Conradus de Hagnen, Gozwinus de Mulsbern, Arnoldus de Wiglon et filius suus Bernhardus, Theodericus Stokeleth et filius suus Henricus et alii quamplures.

16.

1253. Juni 12. bekundet Philipp, Propst der Soester Kirche, eine Compromiss-Entscheidung über die Mühle am großen Fischteiche zu Soest.

Nach dem Orig. in der Urk. Samml. Seiberz zu Wildenberg.

In nomine domini amen. Philippus dei gratia prepositus Ecclesie Susatiensis. omnibus presentem litteram inspecturis salutem in eo qui est omnium salus. Ne ea que rationabiliter fiunt lapsu temporis a memoria hominum elabantur et super litibus sopitis. questiones impostorum maliciose de nouo contingat suborirj. visum est plurimum expedire scripture testimonio eadem commendari. Quapropter nouerint vniuersi tam presentes quam futuri. quod cum Capitulum Ecclesie Susatiensis molandinum piscine majoris in Susato cuius proprietas ad eandem pertinet Ecclesiam. et in quo. fratres iam dicti Capituli redditus duarum marcarum habuerant ab antiquo. rationabiliter emissent a Helenburge vidua quadam Susatiensi. et nos idem molandinum ad ipsius Helenburgis resignationem pre-

dicto Capitulo porrexerimus. quod ipsi pluribus annis quiete possederunt et inconcusse. Cumque postmodum. Godefridus. et Hermannus fratres. filii Hartmodi. militis dicti de Lon. super eodem molandino in quo se dicebant ius habere. Capitulo eidem mouerent questionem. tandem de consilio proborum virorum. nostri. Wenricj canonici maioris Ecclesie in Colonia nobilis urj. Bertoldi de Bvren. Godefridi de meschede. Hunoldi de Odinge. et Henrici de lon militum. qui super eadem questione sopiaenda fuimus arbitrij ab utraque parte constituti talis inter eos compositio siue ordinatio intercessit quod scilicet iam dictum Capitulum. prefatis fratribus. Godefrido et Hermanno. dedit. quadraginta marcas. monete Susatiensis. et sic idem fratres. Petronilla mater ipsorum. Petronilla. Siradis. et Elizabeth. corundem fratrum sorores omnij questioni et omnij iurj si quid haberent. uel quacumque ex causa habere uiderentur contra ipsum Capitulum in eodem molandino siue nomine bonorum ministerialium uel quocumque alio nomine censerentur pro se. ac pro omnibus eorum posteris in manus nostras precise et absolute renuntiauerunt. Ad cuius arbitrij obseruantiam partes hinc inde se sub pena Centum marcarum astrinxerunt. Ut autem huiusmodj renuntiatio rata permaneat et inconcussa et omni de cetero caueatur questioni presentem paginam super eo conscriptam. Sigillis. nostro. Wenrici. Canonici maioris Ecclesie in Colonia. Ad olfi de Holte. Bertoldi de Bvren. nobilium. Gotfridi de meschede et Hunoldi de Odingen. militum. fecimus communirj. Ad maiorem etiam huius facti firmitatem Sigillum domini nostri venerabilis patris Conradi archiepiscopi Coloniensis presenti scripto impetravimus appendj. Presentes fuerunt. Wenricus. Canonicus maioris Ecclesie in Colonia. Henricus Decanus. Theodericus Thesaurarius. Rutgerus. scolasticus. Henricus Cantor. Hoyo. Arnoldus. magister. Gerlacus. Hildegerus. Robertus. Sifridus. Henricus. et Henricus Canonici Susatienses. Hermannus scriptor marscalej. Regenhardus monachus de lesberne. Adolfus de Holte. et Bertoldus de Bvren nobiles. Thiemo de Susato. Achilles de Lippa. Arnoldus de prouestinchoue. Arnoldus de Hondorp. Lambertus de Schedinge.

Horadus de Brinken. Arnoldus de Silbeke. Arnoldus Balke. Rolandus de vrekenhorst. Bernhardus de Bodrike. Thidericus Flakrian. Lvdolfus gast. Henricus de line. Helmicus de Dinchere. Hunoldus de Odinge. Conradus albus. Wettelus de Eruete. Helmicus rump. Brunstenus. Hermannus Colue. Hermannus Flakrian. Walramus de Endike milites. Henricus de milinchusen. Thidericus de Scorlemare. Henricus de Ekeneberne. Sigenandus de Allagen. Boyemundus de prouestinchoue. Menricus Judex. de Ruden. et Thiecelo de Rvden. Conradus de Ense. Thiemo filius Thiemonis. de Susato. Hermannus de Hukelhem. famulj. Radolfs Fernerus. et alij quam plures de Susato. Actum apud Bosinchusen. Anno dni. M^o. CC^o. LIII^o. pridie Idus Junij.⁴⁾

17.

1263. März 12. erklären Johann und Gottschalk von Padberg die Stadt Padberg für frei und geben ihr besondere statutarische Rechte.

Nach der Abdr. in der *Farrago Gelenii IX*, fol. 69.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Joannes et Godescalcus domini castri in Padberg, omnibus

⁴⁾ Die Urkunde ist auf einer großen Pergamenthaut, in weiten Linien, sehr schön geschrieben. An derselben haben sieben Siegel gehangen, wovon die vier ersten abgefallen sind. Das des Erzbischofs Konrad hängt an grün und rot gemischten seidenen Strängen. Die noch vorhandenen drei letzten hängen an rothen Seidensträngen. Sie sind herzförmig und in weißer Wachse abgebrüht. Das erste führt die Umschrift: *Sigillum Bertholdi Domini de Byren*. Das zweite: *S. Go*ð*fridi de Meschade*. Das dritte: *S. Hunoldi Mars*æ*ci de Westfalia*. Im Schilbe sieht man nicht das Wappen der Familie von Dedingen (einen Kranz mit 5 Rosen wie ihn auch die Wreden führen) sondern zwei in die Höhe gehobene Arme, die sich die Hände reichen; also wahrscheinlich das Amtssiegel Hunolds als Marshall von Westfalen, in welcher Eigenschaft er bisher unbekannt war, weil er wohl nicht lange das Amt bekleidete; denn in demselben Jahre 1253 kommt Heinrichus Scultetus Susatiensis und schon im folgenden Albertus de Sturmde als westfälischer Marshall vor. Von 1256 bis 1260 war es Hunold von Plettenberg. Das Amt scheint damals häufig gewechselt zu haben. Unter Erzbischof Konrad kommen acht verschiedene Marshallen vor, denen Hunold von Dedingen als neunter hinzutritt. Konrad war damals viel in Westfalen beschäftigt, ohne welchen Umstand sich wohl zu dem in der Urkunde aufgenommenen Acte, anser 16 zum Theile hoch stehenden Geistlichen, nicht noch 2 Edelsperren, 22 Ritter, 10 Knappen und andere Soester Bürger eingefunden haben würden. Beusingen (Bosinchusen) wo die Urkunde aufgenommen wurde, liegt nahe bei Soest, zwischen Elsen und Neuengefele.

hanc literam inspecturis salutem in Domino. Quia generatio preterit et generatio aduenit, expedit coram Deo et hominibus cunctis veritatis amatoribus, ea que statuerint vel elegerint, diligenter prius discutere examine, vt nulla postmodum possint titubatione infirmari, deinde scriptis mandare, sicque vt omnis amputetur dubietas, memorie posteriorum commendare. Nouerint ergo moderni et futuri, quod nos cum ciuibus opidi nostri, per tempus dissentionem super quibusdam causis habuimus, in quibus in nostra iurisdictione difficiles nobis fore videbantur. Quod cum fieret, medianibus honestis viris, talis propositio interuenit, quod nos consilio amicorum nostrorum inducti, vt affectum ciuium nostrorum in nos amplius prouocaremus et vt non solum detrimentum ipsorum non pateremur, verum etiam in augmento ipsorum gauderemus, ipsum opidum liberum constituum, quatenus libertate quieta inhabitantes ibi perpetuo potirentur, preter quod tam nos quam ipsi consules opidi, vñanimi consensu et voluntate, quedam jura, de quibus inter nos et eos orta fuit discordia et in posterum oriri posset, tali modo discreuimus,⁵⁾ videlicet 1. quod quilibet ciuium de area sua sex denarios et pullum dabit domino castri annuatim, de dimidia area tres denarios, de singulis iugribus agrorum duos denarios. — 2. Si quis fructecta⁶⁾ aut agros arboribus consitos, laboribus suis et expensis fodiendo, ad terram sementem perduxerit, septem annis sine pensione habebit, quibus expletis pensionem debitam sicut prediximus dabit. — 3. Quicquid statuerint consules vnde questus aliquis poterit prouenire due partes ipsis, tertia cedet domino castri. — 4. cum vinum habetur, quanto precio venundetur consules inter se ordinabunt. — 5. Judicem tam nos quam consules pari consilio statuemus. — 6. Si quis excesserit in aliquo, ad arbitrium consulium judicabitur, siue in iure siue in gratia component ratum habebimus, sed si ali-

⁵⁾ Die Urk. ist ohne Absätze und Nummern geschrieben. Letztere sind zur besseren Vergleichung der Bestätigung Friedrichs von Padberg von 1290 (Urk. Buch I, Nr. 432) beigefügt. — ⁶⁾ In der Bestät. von 1290 heißt es irrig: frutela.

quid inde deriuatur, ipsi duas partes nos tertiam recipiemus; si vero nihil, nil requiremus. — 7. Si quis nobiscum manere voluerit libere diuertere poterit cum suis rebus quo voluerit.⁷⁾ — 8. Si aliquis pro culpa sua, qua forte mortis judicium meruit, profugus fuerit, vxor sua et pueri totam substantiam ipsius integre et libere obtinebunt, et si morti adjudicatus fuerit, nihilominus heredes sui cuncta bona sua et immobilia sine impedimento possidebunt. — 9. Omnibus aduenientibus hospitibus nulla violentia fiat, sed justo judicio pro excessibus suis conueniantur. — 10. Si aliquis adhuc vigens et valens in corpore, testamentum suum de consilio plebani et heredum ordinare voluerit et lecto decumbens non renuatur talis voluntas. Si vero intestatus et sine herede obierit, in prouidentia consulum erit res illius distribuere pro anima sua, siue ad ecclesiam⁸⁾ opidi, aut pauperibus vel religionis. — 11. Sponsalia que vulgo Bedemunt dicuntur et Vime et Vogedingh et Vrigedingh nullum jus ibi obtinebunt. Ceterum Herwede et Ereue et Gerade non extorquentur ibi⁹⁾ nec dabuntur. — 12. Quilibet pistorum in vigilia nativitatis Domini dabit nobis annuatim duos denarios de albo pane. Similiter quilibet carnifcum dabit tres denariatas de sepo ad castrum in festo beati Martini.¹⁰⁾ — 13. Si quis emerit ibi domum aliquam, dabit nobis sex denarios. — 14. Circa octauam Michaëlis dabit quilibet pistorum tres denarios et braxatores duos. Ex his due partes cedent consulibus, tertia nobis. — 15. Si quis pistorum, braxatorum et carnificum in venalibus, que quilibet vendere solet culpabilis repertus fuerit, vadimonii jure sex denarios dabit. Ex his duas partes consules percipient, tertia cedet nobis. — 16. Si quis filiam ciuius alicujus corruperit, aut legitime ei copulabitur, vel si renuerit dabit puelle quinque

⁷⁾ Dieser Artikel scheint in der Abschrift verstimmt. In der Bestätigung Friedrichs v. Pabb. von 1290 lautet er vollständiger: Si quis communionem ciuium resignare voluerit, marcam dabit consulibus; si quis noluerit nobiscum manere libere diuertere u. s. w. — ⁸⁾ Die Worte: ad ecclesiam waren in der v. b. Abschrift der Bestätigung von 1290 nicht mehr zu lesen. — ⁹⁾ Die Worte: non extorquentur ibi, waren in der Bestät. nicht mehr zu lesen. — ¹⁰⁾ In der Bestät. steht: beati Martyris.

marcas, ciuitati plastrum vini. De hoc consules duas partes percipient et nos vnam. — 17. Si in domo vnius ciuii ab vxore ipsius vel pueris aliiquid subtrahitur, hoc inter se consules judicabunt. — 18. Si quis ciuum in judicio accusatus testibus se expurgare voluerit et testimonio defecerit XII den. vadimonii jure exsoluet. De his vna pars erit nobis, consulibus autem due. — 19. Si extraneus aliquis in furto vel rapina deprehensus fuerit, consulibus nihil cedet. — 20. Si quis in figura judicii positus in aliqua leui causa excesserit, per quam judicem offenderit vel judicii reatum incurrerit ad XII denarios jure vadimonii se obligavit. Quod si judex super his eidem importunus extiterit, datis duobus denariis judicii, liber erit.¹¹⁾ — 21. Portarum vigilis versus castrum et versus claustrum Breidlaere a nobis sunt in precio procurandi.¹²⁾ — 22. Quicquid antiquitus pertinuit ciuitati in syluis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, agris cultis et incolitis, vsibus inhabitantium libere indulgentes, ipsos in omnibus pro posse nostro promouere studebimus cum affectu. — Ut autem predicta ordinatio perpetuam habeat firmitatem, presentem literam primo sigilli mei et fratri mei Godescalci, deinde nobilis viri domini Bertoldi de Büren, consanguinei nostri et dni. mei Hermanni domini castri in Dauerenerbergh sigillorum fecimus impressione communiri. Ceterum ego Bertoldus nobilis de Büren, hoc factum cognatorum meorum, ciuiumque ipsorum, neconu ego Hermannus dnus. castri in Dauerenerbergh vt nullus hominum irrumpere vel mutare audeat, subscriptione nostra sigillorumque appensione duximus roborandum. Acta sunt hec in Padbergh anno Domini M^o. CC^o. sexagesimo tertio. Indicatione sexta, quarto Idus Martii. Hujus rei testes sunt Thetmarus plebanus ibidem. Fredericus de Horhusen. Ludolphus de Dalwich milites. Hermannus de Padberg. Odelricus de

¹¹⁾ Hier folgt in der Bestätigung von 1290 zuerst 21. Si quis in figura judicii aliquem de damno aliquo conuenire noluerit (voluerit) damnum sibi illatum demonstrabit. — ¹²⁾ In der Bestätigung von 1290 heißt es nur: Vigil superioris porte uersus castrum à nobis in pretio est procurandus.

Westhem, Suickerus de Westhem, Stephanus de Horhusen
et alii quam plures.

18.

1277. August 14. Sühnevertrag zwischen der Kirche zu Paderborn und Albert von Störmede.

Nach dem Orig. im Archive der Stiftskirche zu Paderborn.¹³⁾

In nomine Domini amen. Anno Domini M^o.CC^o.LXX^o.VII^o. in vigilia assumptionis beate Marie virginis, super hiis litteris (liberatione) Domini Alberti de Stormede et Alberti filii sui, ordinationis et compositionis inter Capitulum et Paderbornensem Ecclesiam ex parte una et prefatos Dominum Albertum militem et suum filium Albertum ac eorum consanguineos et amicos ex parte altera per fidem prestitam et juramentum interpositum ab ipsis Alberto et ejus filio et per osculum datum a Domino Decano nomine Capituli et a Domino Conrado milite dicto de Ethlen nomine omnium ministerialium et fidelium Paderbornensis ecclesie ex parte una et Dominum Albertum predictum et suum filium nomine proprio et nomine omnium consanguineorum suorum ac amicorum firma inviolabilis ordinata extilit in hunc modum. Quod prefati dominus Albertus et suus filius renunciarunt libere omni juri, quod habuerunt, vel quod se habere dicere poterunt in villicationibus Ervetha et Vilse ac in oppido Saltkoten cum eorum omnibus attinentiis. Item renunciaverunt libere omni questioni, quam habere possint sive vellent ex nunc super dampnis, que sustinuerunt in bonis suis et corporibus ipsi ac eorum amici post (per) motam discordiam inter Paderbornensem ecclesiam atque ipsos. Item nunquam de cetero reedificabunt castrum et oppidum Stormede,

¹³⁾ Ein Auszug dieser Urkunde ist, nach Schaten, in unserem Urkundenbuch I, Nr. 380 mitgetheilt. Wir geben sie hier vollständig nach dem Original, welches aber leider so abel erhalten ist, daß es dem Herrn Archivar von Hatfeld zu Münster, dem wir die Abschrift verbanden, nur mit Hülfe einer alten Abschrift aus dem Arnsberger Lehns-Archive, die wir ihm zu solchem Ende mittheilten, möglich war den Text so wie geschehen herzustellen. Die abweichenden Lesarten der alten Abschrift, so wie die im Original gebliebenen Lücken, haben wir aus jener in Parenthesen beigefügt.

nec unquam Paderbornensi ecclesie se opponent consiliis et auxiliis ullo modo, sed semper in obsequio ejusdem ecclesie constanter et fideliter permanebunt. Pariter et dominus Albertus predictus temporibus vite sue morabitur Paderborne vel Saltkoten vel in aliqua munitione Paderbornensi ecclesie attinente, nisi aliud sibi a Domino Paderbornensi Episcopo, qui pro tempore fuerit, de consensu sui Capituli de episcopali gratia concedatur. Item dominus Albertus sepedictus ac suus filius villicationem Munkehosen pro quadraginta marcis sibi persolutis (obligatum taliter) pro eadem summa habebunt, sicut venerabilis pater dominus Symon bone memorie Paderbornensis Episcopus ipsis ypothece vel pignoris tytulo obligavit, nec Capitulum Paderbornense ipsis erit in hoc casu ad aliquam warandiam obligatum nisi (quantum) ipsi continent super eo et (in) suis publicis instrumentis, et postquam villicatio supradicta liberata fuerit pro marcis quadringentis predictis, ex tunc manebit obligata Paderbornensi ecclesie pro trecentis marcis a Curbeiensi ecclesia redimenda. Et ut omnia supradicta perpetuo inviolabiliter observentur, predictus dominus Albertus et suus filius fidem dederunt et iuraverunt et in observantiam predictorum ipsa sicut punctata est per pacis osculum confirmando, cum tali securitate que orpheda dicitur perpetualiter observanda, ad quorum observantiam ab ipso domino Alberto et suo filio (tredecim) milites et famuli fidejussores constituti (sunt statuti) qui pari (predicta omnia) universi ac singuli (datione fidei) fideliter in solidum promiserunt, quorum nomina subnominantur: dominus Borchardus de Brakele, Godfridus de Huvele, Bernhardus de Horde, Gotbertus de Dedenshusen, Gotfridus de Summere, tres fratres de Luthardessen Conradus, Henricus et Albertus, Alradus Magister, Conradus de Hoden, Thidericus de Piscina, Rodolfus de Lyppia, Willekinus de Vernede (nihilominus) promiserunt, per fidem prestitam corporalem, quod si omnia supradicta in tuto vel in aliqua sui parte fuerint violata, postquam ipse (predicti) dominus Albertus et suus filius commoniti emendam non fecerunt competentem, ex tunc

post quindenam ipsi fidejussores prefati moniti (Paderbor-
nensem civitatem secundum) fidem militarem (prestitam intra-
bunt, nullatenus recessuri de ipsa, nisi violatio composita
vel excessus fuerit emendatus.) Nos dei gratia Episcopus,
(Prepositus) Decanus et Capitulum, Ministeriales et Vasalli
et fideles universi Paderbornensis ecclesie et Albertus miles
de Störmede et Albertus natus ejus ac (ipsorum) fidejus-
sores supradicti, presenti scripto publice protestamur, omnia
supradictorum et universorum ac singulorum articu-
lorum (in universis ac singulis articulis) ut supradictum est,
esse vera, per appositionem nostrorum sigillorum publice (pro-
testamur) nec qui (et qui) (sigilla propria non habemus nec
qui sigilla presenti scripto non apposuimus, sigillis appensis
contenti fuimus Datum Padiborne) anno et die supradictis.¹⁴⁾

Ex Originali Archivi Cathedr. Paderborn. Eccsae.
v. Hatzfeld.

¹⁴⁾ Die angehängt gewesenen elf Siegel sind sämtlich abgefallen.

